Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Felice

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

Karuli fuit impletum. Vir quidam
magne uirtutis ut ait gregorius in dyalo
go nomine sanctulus. cum quendam dyaconem
a longobardis captum in sua custodia tali
conditione recepissent ut si fugeret ipse
feriretur. Quapropter sanctus ad decollandum
ducitur et ad hoc fortissimus spiculator eligi
tur de quo dubium non erat quin uno ictu cap
ut eius amputaret. Extensoque collo cum
carnifex forti manu brachium cum ense
in altum leuasset ille protinus ait: Sancte
iohannes suscipe illum. Statimque brachium per
cussoris riguit et erecto in celum gladio
inflexibile remansit. Positoque iuramen
to quod decetero nullum christianum feriret
uir dei pro eo orauit et brachium statim de
posuit. De sancto felice. Denomine

Felix presbiter et frater suus nomine simi
li nomine felix et presbiter. Dyocleti
ano et maximiano oblati sunt quorum se
nior cum ad templum serapis ut ibidem
sacrificaret adductus esset in suffla
uit in faciem statue et protinus cecidit.
Ductus similiter ad statuam mercurii pariter
insufflauit et protinus statua cecidit.
Ductus tertio ad simulacrum dyane si
militer fecit. Tortus quoque in eculeo ductus est
quarto ad sacrilegam arborem ut ibidem
immolaret. Qui flexis genibus orauit
et arborem sufflans eam radicitus subuer
tit et simulacrum cum ara et templo ar
bore corruente contriuit. Quod cum prefectus
audisset eum ibidem decollari precepit et
corpus eius lupis et canibus derelinqui.
Tunc quidam in medium repente prosili
ens christianum se libere confessus est. ambo
que se inuicem osculantes ibidem insimul
decollati sunt. Christiani uero eius nomen igno
rantes eum adauctum uocauerunt eo quod sancto
Felici auctus sit ad coronam

martiris. Quos cum christiani in fouea quam
arbor effoderat sepelissent pagani eos
effodere uolentes protinus a dyabolo
sunt arrepti. passi sunt autem circa annos domini
cc lxxx vii. De sancto Sauiniano et Sa
uina.

Sauinianus et sauina fuerunt unius
filii sauini uiri nobilissimi sed
pagani qui de prima uxore sauinianum
genuit de secunda sauinam filiam genuit
et ex nomine suo ambos uocauit. Legens
autem sauinianus illud uersum asperges
me et cetera quid hoc esset querebat sed intelligere
non ualebat. Vnde intrans in cubiculum
cinere et cilicio prostratus iacebat di
cens se malle mori quam non intelligere sen
sum uerbi. Cui apparens angelus dixit:
Noli te usque ad mortem affligere quia in
uenisti gratiam apud deum. Et baptizatus
niue candidior eris. Et tunc in
telliges quod nunc queris. Recedente angelo
letus efficitur et ydola decetero uenerari
contempnens a patre plurimum obiurgatur.
Cum ergo pater sepius sibi diceret melius est
ut tu qui deos non adoras tu solus moria
ris quam nos omnes in morte tua simul in
uoluamur latenter aufugit et ad urbem
[illegible] deuenit. Cumque ad fluuium se
cane uenisset et ut ibi baptizaretur
dominum exorasset ibidem baptizatus est.
Dixitque ei dominus: Nunc inuenisti quod cum diu que
rendo laborasti. Statimque in terra bacu
lum fixit et facta oratione baculus ille
coram multis astantibus flores et frondes
produxit in quo m. c. viii. uiri dominum crede
bant. Imperator autem aurelianus hoc au
diens ad eum capiendum milites plures
direxit. Qui cum orantem inuenientes
ad ipsum accedere timuerunt. Imperator autem
plures postea misit qui uenientes cum
eo orantes pariter orauerunt surgentes

que dixerunt imperator desiderat te uide-
re. Qui cum uenisset et nollet sacrificare ma-
nus eius et pedes fecit ligari et neruis
ferreis cedi. Cum Savinianus ad auge-
torem si potest te iussit eum in medio ciui-
tatis super scampnum ligari et supposito
oleo et igne incendio cremari. Rex
autem intuens uidit eum in media flamma
stantem pro rege et orantem stupefactus in fa-
ciem suam cecidit. Et surgens ei dixit: Fera
mala non tibi sufficiant artes quibus decepisti ui-
tos nos per magicam artem decipere moliaris?
Cui Savinianus ait: Adhuc multi et tu ipse
per me domino credituri. Cum autem impera-
tor ex hoc nomen domini blasphemasset in
crastinum iussit eum ad stipitem ligari
et sagittari. Sagitte autem a dextris
et a sinistris in aere suspendebantur
nec aliqua eum lesit. Altera die imperator ad
eum ueniens dixit ei: Et ubi est deus
tuus? ueniat nunc et de sagittis is-
tis te liberet. Statimque una de illis
sagittis exiliens regem in oculo per-
cussit et penitus excecauit. Unde ira-
tus iussit eum in carcerem recipi et in cra-
stino decollari. Savinianus autem
orans ut ad locum ubi baptizatus
fuerat transferretur, confractis cathenis
et apertis hostiis per medios milites
transiens illuc uenit. Quod audiens
imperator iussit eum illuc insequi et
capite truncari. Videns autem Savi-
nianus milites insequentes, sic-
cis pedibus uelud supra petram ambulauit
quo usque ad locum sui baptismi perue-
nit. Cum ergo milites timuissent et
eum percutere formidarent, ait illis:
Securi me percutite et de sanguine
meo ad imperatorem deferte ut in.
ut lumen recipiat et dei uirtutem

cognoscat. Passus igitur caput suum lauauit et
passibus .xl. inde illud portauit. Ad quem im-
perator cum de eius sanguine oculum tetigisset con-
tinuo sanatus est dicens: Vere bonus et mag-
nus est deus christianorum. Quod audiens quedam
que lumen .xl. annis amiserat ad locum por-
tari se fecit et statim oratione per eius intercessionem lumen
accepit. Passus est autem circa annos .xl.
kalendas februarii. Sed hic ideo inseritur
ut historie sororis sue cum festum pa-
pue hic reuoluitur hec quoque historia con-
iungatur. ¶ Cum igitur soror eius Savina fratrem
suum cotidie fleret et pro ydolis suppli-
caret, tandem ei dormienti apparuit an-
gelus dicens: Savina noli flere sed quecum-
que habes derelinque et inuenies fratrem tu-
um in honore maximo constitutum. Que
euigilans collactanee sue dixit: Ami-
ca mea aliquid ne sensisti? Et illa: Domina
mea uidi hominem tecum loquentem sed ne-
scio quid diceret. Non me inquit ac-
cusabis? Et illa: Absit domina. Quecum-
que uis facias tamen non te occidas. Sicque in
crastino ambe recesserunt. Cum ergo pater di-
ligenter inquiri fecisset et non inuenisset, ele-
uatis manibus in celum ait: Si tu es deus
potens in celo ydola mea comminue quia
natos meos saluare non potuit. Tunc
dominus intonans omnia comminuit et quam plurimi
quod uiderant crediderunt. Verum
ba Savina romam ueniens ab eusebio
baptizatur et duos cecos, duos quoque
contractos sanauit. v. annis ibi perman-
sit. Cum dormienti apparuit angelus
dixit: Savina romam ueniens ab euse-
bio baptizatur et duos cecos du-
os quoque contractos sanauit. v. annis ibi
permansit. Cum dormienti apparuit
angelus dixit: Savina que est quod facis
ut tuas diuicias dele... ueris